BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 140r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et audientes mandata domini oia
fecerunt contraria. Cumque domi
nus suscitaret iudices in diebus
eorum flectebatur misericordia et au
diebat afflictionem afflictorum gemi
tus et liberabat eos de cede vastantium
Postquam autem mortuus esset iudex
revertebantur et multa maiora fa
ciebant quam fecerant patres eorum
sequentes deos alienos et servientes
eis et adorantes eos non dimiserunt
ad inventiones suas et viam diuersam
per quam ambulare consueuerant. Ira
tus que est furor domini in israel et ait
Quia irritum fecit gens ista pactum
meum quod pepigeram cum patribus
eorum et vocem meam audire con
tempsit et ego non delebo gentes quas
dimisit iosue et mortuus est ut in
ipsis experiar israel utrum custodiant
viam domini et ambulent in ea sicut
custodierunt patres eorum an non.
Dimisit ergo. III
Dominus has omnes nati
ones et cito subverte noluit
nec tradidit in manus iosue. Hee
sunt gentes quas dominus deliquid
ut erudiret in eis israelem et omnes qui
non noverant bella chananeorum
ut postea discerent filii eorum certa
re cum hostibus et habere consuetu
dinem preliandi quinque satrapas phi
listinorum omnemque chananeum et
atque eueum qui habitabant in monte
libano de monte baal hermon usque
ad introitum emath. Dimisit que eos
ut in ipsis experiretur israelem utrum
audirent mandata domini que pre
ceperat patribus eorum per manum
moysi an non. itaque filii israel habitaue
runt in medio chananei et ethei et
amorrei et euei et iebusei et ferezei
et duxerunt uxores filias eorum ipsi
que filias eorum filiis tradiderunt et
seruierunt dis eorum. fecerunt que
malum in conspectu domini et obli
ti sunt dei sui seruientes baalim et asta
roth. iratusque est dominus contra israel
et tradidit in manus cusanrathaim
regis mesopotamie et seruierunt ei
octo annis et clamauerunt ad dominum qui
suscitauit eis saluatorem et liberauit
eos othoniel videlicet filium zenez
fratrem caleb minorem. Sunt que in eo spi
ritus domini et iudicauit israel. Egres
sus que est ad pugnam et tradidit do
minus in manu eius chusarasatha
regem syrie et oppressit eum. quieuit que
terra xl annis et mortuus est otho
niel filius zenez. Addiderunt autem
filii israel facere malum in conspectu
domini qui confortauit aduersum
eos eslon regem moab quia fecerunt
malum in conspectu domini et copu
lauit ei filios amon et amaleth. A
but que et percussit israel atque possedit
urbem palmarum. seruierunt que
filii israel eslon regi moab xviii annis
et postea clamauerunt ad dominum qui sus
citauit eis saluatorem vocabulo hay
oth filium gera filii gemini qui utraque
manu utebatur pro dextera. miserunt
que filii israel per illum munera eslon re
gi moab qui fecit sibi gladium anci
pitem habentem in medio scapham lon
gitudinis palme manus et accinctus
est eo subter sagum in dextro femore
optulit munera eslon regi moab
erat autem eslon crassus nimis. Cumque
obtulisset ei munera persecutus est